



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

Capvt IV. Verbum Calceatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79561)

multum nostram induit. Trabeam vocat S. Chrysostomus hom. 3. in epad Ephel. in morali: & ipse Damascenus orat. 3. de imag.

Verbu & forida esset, eo plus deberemus Deo.

172. Licet autem daretur hoc Verbi vestimentu vile fuisse ac sordidum, eo esset commendabilior Verbi Dei caritas in nos; quod nostri causa, vili se ac sordido induit, ut obtegere non sit designat. Optime plane S. Hilarius 1. de Trin. quato plus Deo obstringamur ob hac caritate nostri causa deiectione sic aperuit. [Hac si quis indigna Deo recolet, ratio le maioris beneficii obnoxium colit, tur, quando minus hac Dei conuenient Maiestatem. Non ille eguit homo efficit, per que homo factus efficit non eguit, ut Deus caro feret, & habitaret in nobis, id est, assumptione carnis vnus interna vnuerse carnis incolet. Humilitas eius, nostra nobilitas est; cōtinentia eius, honor noster est: Quod ille est Deus in caritate cōstitens, hoc nos vicissim in Deū ex carne renouat. Monet etiā Cassianus 2. de incar. c. 3. nō esse quod in nobis honorem Maiestatis infringat humilitas corporis: Cum utique augere in nobis affectum eius & cultum debeat, vel dignatio tam humilis natiuitatis, vel pietas tam benigna parentis: quia maximum utique, & inamissimum scelus est, ut idē apud nos minus honoris habeamus, quia plus amoris impendit.]

Sed & illud considerandum est, quod S. Bern. serm. 4. de nativ. Domini, egregie considerat: hanc scilicet quae videtur deitatis Christi vestis & forida, fore suo tēpore multo splendore perfundendam. [Agnoisco certe, inquit, agnoisco Iesum magnum Sacerdotem, sordidis operum vestibus, dum altercatur cum diabolo. Scien-] Scripturas loquor, & quibus nō ignota est propheta vultu Zacharia. Vbi verō exaltatū est caput nostrū super inimicos nostros, ex hoc planē mutauit vestē, de-] cōtinet, amictus lumine sicut vestimento. Exemplū dicit nobis, ut & nos eadē faciamus. Vtilior siquidem illi cōtinet lorica ferrea, quā stola lineae, licet oneri sit illi, hac honori. Erit cū & membra sequentur caput, ut corpus in vniversū vno palliat spiritu & dicat: Cōtendisti iactū meū, & circumdedit me laetitia.] Nunc sic induit Verbu, ut possit nobis fieri indumentū ad reges Aquilonis depellēdos, ut philosophatur S. Eulogius apud Photiu Codice 230. ad secundā quātionem Christophori. Itaq; si minus ex materia qua constat, at illam ex fine ob quem sic contextū est, pretiosum nobis videri debet; prae-] ter pretiū eius supra omnem estimationem ex atexta mastruce nostrae diuina purpura.

In su doctrine.

173. Induamus ex crebro Apostoli monito pretiosam hanc vestem, dignam ait S. Basilus in Pal. 44. cōtinentare ac redimere hominem, qui ad sui conditoris imaginem creatus est, iuxta Verbum Apostoli: Exuit veterē hominem, & induit nouum, qui renouatur ad agnitionem secundum imaginem sui Conditoris. Et qui induit se viscera misericordiae, bonitatem, humilitatem, longanimitatem, mansuetudinem; talis interiore amiculo redimetur est, & secundum interiorem hominem probe adornatus, & excolens. Paulus item monet: Induite Damasceni Iesum. Nō secundum exteriorem hominem, sed mens nostra Dei memoria circumamiciatur.]

Id quomodo praestituri simus, docemur ex Chrysostomo hom. 25. in epad Rom. in mor. [Christū induamus, cuiusque illo perpetuo sumus, quandoquidem istud deum est indumentū esse, non quā ab ipso deserit, ipsūque vndeque in nobis per nostram sanctū moniam, mansuetudinemque conspicuum esse. Ad eum modum, & de amicis dicimus. Is illos procius induit est, multam dilectionē, irremissumque conuictum significantes Induitur siquidem, id esse videtur quod indutus est. Apparet itaque in nobis vndeque Christus, & quomodo apparebit: si quē illius vult feceris. Quid verō ille

Theoph. Raynaud. Christum.

fecit: Filius, inquit, hominis non habet ubi caput suum reclinet. Istud tu quoque amulare. Si quando cibus sumendus fuit, hordeaceis panibus vltus est. Si peregrinandum illi fuit, nusquam equi, nusquam iumenta, sed tantum itineris pedestris confecit, ut fatigaretur etiam. Dormiendū si quando fuit, super puluinarī in prora nauis iacuit. Accumbendū fuit, in feno prosterni iussit. Vestimenta verō erant tenuia. Saepe numero & solus conuersatus est, neminem secum ducens. Deinde & quantū ad Crucem, quantūque ad conuicia pertinet, & omnia illius in summa perdisce, amulare. Ita scilicet Christum indutus es, si carnis curam ad concupiscentias non feceris.] Plenē & egregiē hoc Christiani per Christum indumentum, persequitur Ioannes Hefselius in probatione veritatis Eucharistiae c. 42.

Felices qui hoc indumentū seruauerint in perpetuū. Infelices qui eo abiecto, circūdare sibi pannos veteres quos sapiēter exuerat, induerint in animū. Sapientissima est Gregorij Nylleni cōmentatio hom. 1. in Cant. quā appono & cōcludo. [Vetere ergo exuto homine, & ablato cordis inuoluto, Verbo aperuit aditū, quod ingressū indumentū sibi facit anima, conuenienter expositioni Apostoli, qui iubet exuto pannofo hominis indumentū. nō, induere nouā tunicam, quae secundum Deum est creata in sanctitate & iustitia. Iesum autem dicit indumentū. Sponsae autē processio quod quam exiit nō sit tulus accepta tunicam, sed contenta sit vna tunica, cōgruenter Legi datae discipulis, quam per regenerationē renouata induit anima; confirmat conuenienter ei quod dixit Verbu non oportere eos qui semel diuino sanguine sint ornatī, peccati tunicam induere, sed vnam solā innocentiae, ne duas cōtarias inter se iniunctas cōiunctas habeant tunicas. Quae est enim societas obsecrae & tenebrae tunicae, cum luminosa, experteque materia? Non solum autem Lex hoc iubet, non oportere habere duas tunicas, sed nec nouum pannum veteri vestimento asserere; ne eius qui hoc induit, maior sit deformitas ac turpitudine: cum neque maneat id quod est assutū, & veteris sit figura deterioratē ut ex eo aperta sit deformitas. Propterea dicit, Exui tunicā, quomodo induam eam? Quis cum vel ipso Sole clariorem Domini aspexerit tunicā contextam per puritatem, & incorruptionē, qualem ostendit in Transfiguratione in monte, mendicorum vestem pannosam lubenter induerit, cuiusmodi est fornicatoris sicut dicit Proverbium?]

CAPVT IV.

Verbum Calceatum.

174. Scorsim à vestib⁹ ceteris, spectandus est calcens. Nā plerique nudipedes censentur nihilominus vestiti. Cuius rei argumentum suppeditat ipse Christus. Eius enim vestimenta, saepe in Euāgelij produntur, & tamen sine calceis ac nudipes de multorum sententia suo loco inferiūs discutiēda inessit. Christianos quoque olim ex calceatos fuisse, produnt illa Luciani in Philopatore Christianū describentis. [Pallium putre, sine calceis, & regmine capitis, incedēs derōsa coma.] Sicut tamē pedes quē aptatur calcei, subnectuntur alijs mēbris quibus circumdantur vestimenta; ita non immerito Verbi calceatio, eiusdem conuentioni subnectetur. (Orinet enim hac quoque allegoria insigne & illustre emblemamysterij, in quo exornando versamur.

Humanitas Christi, calceamentum Verbi.

In primis verō nō desuit, qui diceret, hunc esse calceatū siue (ut ipse exposuit) pedem calceatum cui serpens insidiator dicitur Gen. 3. Verū tamen calcanus de Christi carne aut etiā de Christo ab aliquibus & Patri-] bys, & tractatoribus sit intellectus; ea tamē calcanē acceptio pro pede calceato, Metonymiā continet admodū inusitatā, nec Patribus quod sciam probatam. Imo Rupertus Cant. 7. ad mortuum Enē calcanem à serpente notat, quia nudus erat: Non igitur nomine calcanē,

pes calcatus signatur. Atque ita ei loco Genesae, nihil ad rem praesentem faciens, inaedificari potest.

275. Non desunt tamen coepta loca, quibus Christi humanitas cum calceamento Verbi componitur. Sic enim S. Basilius in Psal. 59. exponens illud, *In idumaeam extendam calceamentum meum*, ita habet. [Divinitatis calceamentum est, caro Deum ferens per quam descendit ad homines.] Plenè ibidem S. Bruno, tribuens Christo verba Psalmi relictæ, & exponens ea hac paraphrasi. [Per hoc acquiritur mihi Gentilem populum, quia in Idumaeam extendam calceamentum meum, id est, in notitiam Idumaeæ, (Gentilis populi, scilicet,) extendam notitiam calceamenti mei, id est, humanitatis meae: ut me qui Deus eram, hominem esse factum pro totius mundi salute cognoscens, mihi spontanea subiiciatur. Calceamentum autem ex pelibus mortuorum animalium conficitur; idèque pro humanitate Christi ponitur, quæ per multas tribulationes, ad ultimum passionis Crucis mortificata est. Vnde Ioannes Baptista. *Post me temporaliter venit vir*, Christus scilicet, *qui ante me factus est*, secundum humanitatem, non temporaliter sed dignitate. Quod est dicere: Qui factus est dignior me, cum sit posterior tempore, secundum quod homo. Corrigitur autem calceamenti eius non solum dignus solvere, id est, minima particulam mysteriorum eius humanitatis non solum dignus explicare. Quod est dicere. Nec etià dignus sum, & sufficiens, ad explicandum aliquod minimum secretum eius humanitatis, necdum aperire sufficientiam mysteria ineffabilia eius divinitatis. Corrigitur verò quia minima pars est calceamenti, pro minima parte mysteriorum humanitatis Christi, iure ponitur. Vel sic, non sum dignus solvere corrigitur calceamenti eius, id est, questionem humanitatis eius: hoc scilicet quod à quibusdam queritur, qualiter ille qui Deus erat, homo sit effectus. Quæstio quoque convenienter corrigitur dicitur: quia sicut corrigitur necesse est calceamentum, sic & quæstio ligat illud unde fit. Vides quàm variè hic Autor Verbum agnoscere humanitatem fuisse calcatum. Adiungo paucos alios idem opinatos.

S. Ambrosius serm. 17. in Psal. 118. v. 5. [Per femur insignis generationis agnoscimus, iuxta illud, *Accingere gladio tuo, cum sumus, potensissimè*; quo significatur quod Filius Dei cum semetipsum exinanisset, Verbi sit accinctus divinitate, & generatione calcatus humana prodierit ex Virgine, omnibus daturus salutem.]

Blessus serm. 1. [Missus à Patre ad oves Israël quæ perierant, legatus; Data sunt ei quinq; regiones, ut in singulis proprio fungeretur legationis officio. Regiones verò illas sic determinare possumus: veteri Virginis, mediū orbis, patibulum Crucis, domū fortis, extrema maris. In prima regione calcavit se; circumligavit sibi ligaturam calceamentorum suorum, (cuius explanationis se non esse dignum Baptista confessus est,) visibiliter ad nos egredi volens tanquam sponsus de thalamo suo.]

Alanus Cant. 7. quem Delius ibi in interpretatione mixta descripsit ad ea verba, *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamento filia Principis*, de æterna sapientia cum locum interpretans, eius calceamenta in quibus pulchritudinem gressuum celebrat Scriptura, ait esse carnem Domini. [Per calceamenta (inquit) figuratur incarnatio divina. Calceamentum enim solet fieri de pelle mortui animalis, nec tota pellis cedit in calceamentum hominis, sed potius pars pellis. Humana autem natura mortificata erat per penas & culpā. Hanc pellem humanæ penæ, assumpsit Christus, quantum ad humanæ naturæ circumstantiam: sed non totam, quia ita assumpsit penā, quod non culpam. Sic ergo quasi calceamentum applicuit, quando humanā naturam assumpsit.] Ad eundem locum non pauci idem dixerunt.

Petrus Damiani serm. 60. qui est in vigilia natiuitatis Domini; post descripsit septem rivos fluminis Aegypti, sic exclamat. [O flumen malum, rivi pessimi, rivi exterminantes! Hac nocte Dominus eos calcatus

transiit, cum in virginali substantia putam carnem, & omnium prætaxatione pestium immunitem accepit, illo calceamento calcatus, quod in Idumaeā extendit, cuius corrigiam solvere non potuit magnus ille Baptista. *Assit de summo Filium suum, & accipit me in vtero Virginis, & sic tandem assumpsit me de aquis multis.*

276. Sed nihil frequentius, quàm ut Christi humanitas verbi calceamentum appelletur, ab ijs qui illud Baptiste de Christo responsu tractant. Non sum dignus ut solus eius corrigiam calceamenti. Quod etiam aliquos ex prædictis Patribus aliò licet intentis, obiter respexisse vidimus. Ita planè illud Baptiste responsum accepit S. Greg. h. 6. 7. in Eua. [Quis nesciat (inquit) quod calceamenta ex mortuis animalibus fiunt? Incarnatus verò Dominus, veniens, quasi calcatus apparuit: quia in divinitate sua, morticina nostræ corruptionis assumpsit. Vnde etiam per Prophetam dicit: *In Idumaeam extendam calceamentum meum*. Per Idumaeā quippe Gentilitas, per calceamentum verò assumpta mortalitas designatur. In Idumaeā ergo Dominus calceamentum suum se extendere asserit: quia dum per carnem Gentilibus innotuit, quasi calcata ad nos Divinitas venit.] Tum plerumque addit, quibus propositum responsum Baptiste sensum, confirmet ac illustret. Adduxi in eam rem scilicet, superiori, c. 2. Bernard. Ambrosium & Nazianzenum. Et addendus est Origenes tom. 8. in Ioan. ubi sic ait. [Ioannes ostendere volens quanto inferior esset Christi magnitudine, ne quis de se cogitaret aliquid supra id, quod videt, aut audit à semetipso, dicit etiam illud: *Non sum ego dignus, ut solus eius corrigiam calceamenti*; illud innuens, se minime idoneum esse, qui de ipsius Christi incorporatione, rationem, quæ veluti ligata est, & occulta non intelligentibus soluat, explicetque dignum aliquid dicendo de tanto aduentu in tantam brevitatem contracto.]

Quare supposita ex his, accommodatione calceamenti ad humanitatem respectu Verbi, inquirenda est accommodationis illius ratio, addendumque aliquid de huius calceamenti ad pedem apprehensione per corrigiam.

Calcei materia, structura, & finis.

277. Causæ cur humanitas calceus Verbi appelletur, repetendæ sunt ex analogia humanitatis ad calcem, quæ ex multis capitibus duci potest. Nonnulla proponit Ludou. Fidelis lib. 2. de militia spiritali c. 17. Ego ea ex Patribus promā & illustrabo. In primis calceus pedem includit, & obvoluit. Quanquā Iudeorum calcei, supernè patebant magna ex parte: sic enim eorum caliga est accipienda: ad obvolutionem & conclusionem, pes obligatur & vincitur, ac aliquatenus irretitur, ita ut nō sit expeditus ac liber: ut propterea apud Stobæum, Musonius Philosophus, calcationem tanquā pedis impeditionem, vitandā esse conetur persuadere, eo præter cætera argumento, quod athletæ & cursores, ad expeditionem pedum, exalcati procederent. Quæ etiam causa est cur Clemens Alex. 2. pedag. c. 11. Autor sit omnibus, ut calceos abijciant, & nudipedes incedere assuescant. Præterea illa pedis per calceum inclusionem & obvolutionem efficitur, ut quæ incommoda à luto, à spinis ac tribulis, à muribus pedes malè habitura fuissent, calceis excepta, ad pedem minime pertingerent. In calceis incurrunt calor & frigus, aliæque externa à cæli iniurijs damna; ut propterea, mysticè calceus pro tutela plerumque sumatur. Notabit Naz. orat. 42. hac ex causa cum sancta terrā calcanti Moysi dicatur *Solve calceamentum*, è contrario exeuntibus de Aegypto, quia per tribulos incedendum erat, mandetur calcatio. Suffragatur Hieronymus ep. 146. exponens calceamentum datum filio prodigo reduci, iussu patris. A pede motum accipit calceus, eique sic coaptatur & conformatur, ut possit quasi coriaceus pes haberi, sique cum eo vñ quid, ut propterea plurima quæ de calceo & pede dicuntur, non seionctim de pede, aut seionctim de calceo, sed coniunctim de

de utroque dicitur: ut cū quis pedes iubetur attollere, aut removere, vel eo aut alio loco figere, quæ æquæ in pedem obvolunt, quā in calceum obvoluentem calceant. Tandem calceus est instrumentū viatorū. Cæteris quippe incommodis pedum, haud ægrè alia ratione præcipitur, v.g. non foret difficile fomentum aliud præcipitur, v.g. non foret difficile ac per se primò, accendo frigori corat. Quare directè ac per se primò, calceorum vñs est ad viam captandam.

Quadrant humanitati per ordinem ad Verbum.

173. Hæc omnia in Christi humanitatem ad Verbum comparatam cadunt bellissimè. Ac primū, hic calceus Verbum abscondit & occultit, ut meritis apud Deū c. 45. Deus in carne dicitur *Deus absconditus*. Secūg. habent; *veritas est Deus, & nesciebamus*. Quod scilicet obvolvente & occultente carne, abscondit Verbum, quāquam non vñsque adeo hoc calceamentum diuinitatem obtegit, ut nulla ratione proderetur. Erat enim hic calceus ut Iudaica caliga, apertus supernè, saltem ex parte ut videre est in Icone calcei Honorij pñi exhibita ab Angelo Rocca opuscul. de imaginibus S. Gregorij, cuiusque parentum. Idipsum exprime- re cæpti merito potest, Pontificum solemniter ce- lebantium, calceamentum supernè patens: Est enim hoc calceamentum, ut Innoc. 3. l. 1. de mysterijs Missæ c. 14. pñe differt, calceat propter nos diuinitatis Sym- bolum: atque ita Deitatem obdoctam signat, ut ta- men quod c. 35. addit Innocentius, per hoc calceamen- tum innoscat. Nam opera quæ in carne Christus est operatus, diuinitas eius attestabantur. Quod nota- tum dicebam ea calcei Pontificij apertione sursum reuolui, adinstar Iudaicæ caligæ quæ erat calcei ge- nus, ut fusc verlat Iulius Nigrionius dissertatione quam suis horis sublecinis intexit Lælius Bisciola t. 2. in fine. Confirmat eandem caligæ notionem An- gelus Rocca supra, exponens imaginem Gordiani Patris S. Gregorij, nec non interpretes Actorum ad ea Angeli verba: *calceat caligas tuas*. Quāquam Iuo- Carnotensis serm. de mysterijs indumentorum Pon- tificum, & Fulbertus item Carnotensis Præsul epist. 63. aliter exponunt eam Pontificij calcei sursum reuolui apertionem; accommodantque ad designan- dum eius erga cælestia erectam & intentam mentem, à terrenis planè auulsam. Eoque ferè modo S. Aug. l. 1. de consensu Evang. c. 30. interpretatur Euangeli- cum calceamentum, quo neque pes tectus sit, neque nudus ad terram.

Iam quod sordes pedi affricandas, & offensacula pedem inter incedendum violatura, in calceos incur- rere dicebam illelo pede, eò pertinet ut agnoscamus, Verbum in seipso vñsquequaque nitens ac mundum perficere, nec inquinari vel sordere ijs sordibus quæ naturam nostram lotam afficiuntur, quod frequen- tissimè aduersus Marcionem, purissimæ diuinæ actua- litati à carnis sordibus male timentem, vrgent Pa- tres. Quāquam non fuerunt hæ veræ sordes, quas ob humanitatem quoque abesse pat fuit: ut propterea S. Ambrosius l. 17. in Psal. 118. v. 5. neget Christo di- ctum *solve calceamenta*, [vtatur ergo, (inquit,) cor- pore tanquam calceamento ad inferioris opera virtu- tis; ad ministerium, non ad præcipitum; ad obse- quium non ad delectationem; ad obedientiam non ad dissolutionem; & in via sapientiæ vestigium collo- cemus, ne gressibus nostris vis torrentis aliqua con- elidat. Ideo ad Mosē dictum est, *solve calceamen- tum*. Dictum est & ad Iesum Nane. De Christo au- tem dictum non est, sed magis scriptum est, dicente Baptista: *Post me venit vir, cuius non sum dignus cal- ceamenta portare*. Quia illi bene admonentur ut solutæ

Teoph. Raymādi Christu.

calceamentum suum, qui sine peccato esse non pote- rant. Hic autem non solum calceamentum non soluit, sed etiam calceamenta aliorum absoluit; quia non solum corpus suum à peccatis immune seruauit, sed etiam omnium dedit indulgentiam peccatorum. Cum igitur illimis & à sordibus nostris puta fuerit Christi humanitas, multò magis Verbum diuinum. Similitèrque non compungitur vel configitur diui- tas aculeis dolorum, quos caro excipit non secus ac calceus indemnem à spinis ac tribulis pedem præstat, ipse transfixus. Quo nonnulli Patres superius addocti accommodant ignem rubo applicitum, nec coniu- mentem: quia diuinitas carnem à passione non ex- cludit citra læsionem, villam suam, benèque spinis & igni conuenit. Ea quidem fuit, (ut dicebam,) carnis & Verbi coniunctio ut (quod de pede & calceo præ- misi,) velut vñm computarentur: & quæ de carne dicuntur, ob suppositi identitatem, de Deitate quo- que in concreto enunciarentur; vnde Deum passum, mortuum ac sepultum, dicimus: sed ipsa in se di- uinitas, illæsa & ab his omnibus libera mansit. Tan- tum passus est, & mortuus, ac sepultus, in carne sua Deus.

Tandem quod vñm calcei primarium ac dire- ctum, esse dicebam ad viam faciendam, optimè omnino in hanc rem cadit. Neque enim Verbo ad aliud quippiam necessaria vel opportuna fuit caro, quā ut esset viator, & pro nobis via huius iter asperum ac laboriosum decurreret. Quare priusquā itineri se accingeret Deus, cum esset in sinu Patris, calceati non indiguit: Cum autem quasi colonus furinus esset in terra, & quasi viator declinans ad manendum, calce- ati eum par fuit.

Item significata calcei: ac primū libertas.

179. Videor utique aperuisse, causas humanæ Christi naturæ cum calceamento Verbi collatæ, ex ma- teria, structura, & fine calceamenti. Inuit tamen ut res tanta plenius ac dilucidius innoscat, aliunde id confirmare: nempe ex moralibus effectibus huma- nitatis Christi, qui tales sunt, ut eorum Symbolum apertissimè sit calceamentum. Quæ erit amena quam initio recepi, huius veritatis manifestatio, multiplicis doctrinæ sacræ obseruatione, tanquam decerptis hinc inde floribus, exornanda. Est igitur calceamentum, libertatis ac dominij Symbolum, itémque compo- sitionis ac eidem adiunctarum accessionum puta compo- sitionem consequentis mortalitatis, cū physicæ tum moralis: hoc est peccati ac moralium defectuum. Hæc omnia comprobare, & carni Christi Verbum cal- ceanti accommodare, non erit operosum.

Calceos aiebam, libertatis esse Symbolum. Hoc à contratio ex c. 20. Isaia, possumus colligere. Ibi enim in signum captiuitatis consecuturæ, Isaia iubetur cal- ceamenta de pedibus tollere, & incedere excalceatus. Simile argumentum huius rei, habetur ex eo quod Michael de Palacio enarrat. in cap. 19. Ioannis, expo- nens piarum mulierum sctum pro Christo ad cruci- fixationem abeunte, affirmat Iudæos vñs ob Chri- sti necem iugo asperimæ captiuitatis premi. [Vnde (inquit,) in Africa calceorum vñm illis non permit- tunt Sarraceni, nisi sint Regis aut militum quæstores. Et quando illis transeundum est per domum Regiam, excalceari illis incumbit calceos, si qui eos habent, & pedibus nudis viam calcare, vbi sita est Regia do- mus.] Apud Romanos idem vñs vñs. Vnde quia mancipia quæ exponebantur venalia, nudis pedibus, illæque gypso sine creta conspersis prostabant; perinde erat, mancipium aut captiuum, ac hominem pedibus albis, vel gypsis aut cretatis dicere. Hinc est illud apud Iuuenalem Saty. 1.

P 3

Nuper

Nuper in hanc urbem, pedibus qui venerat albis.

280. Hoc est mancipium. [Creta enim vilissima (inquit Plinius l. 35. c. 17.) pedes venalium trans mare aduectorem denotare, instituerunt maiores.] Vbi ex Tibullo & Ouidio, gyptos pedes memorat Dalechampsius. Et pulchre Persius, ambitionem eorum qui serviliter decredebant, & ad omnia indigna ut ad honores ereperent, ignaue ac mancipiorum in morem demittebantur, vocat *cretatam*, cum ait Saty. 5.

*Ius habet ille sui, Palpo quem ducit hianem
Cretata ambitio?*

Erat ergo servitutis & deperditæ libertatis argumentum excalceatio. Atque adeo è contratio, calcens Symbolum est libertatis: ut propterea Exodi 12. filij Israël de ferrea Aegypti fornace euadentes, comedentesque agnum, transientes in libertatem, iuberentur calceamenta habere in pedibus.

Meritissimè itaque sanctissima Christi Domini humanitas, *calceamentum* dicta est, tanquā & in se libertas, nullique vnquam peccato, quo sola vera servitus infertur obnoxia, & libertatis nostræ vindex. Affert enim per eam sumus in libertatem à triplici tetrissima captivitate, ac durissima servitute: nempe Legis, quam Apostolus *ingum servitutis* nominavit peccati, & Sathanæ; nōque aptavit ad plenam libertatem gloriæ filiorum Dei, in altera tantum vita consummandam quibus omnibus titolis, liberti Christi dicimur ab Apostolo 1. Cor. 7. quem prudentissimè locutum, observat S. Ambros. l. 1. de Jacob. cap. 3. eò quod non liberos simpliciter, sed liberos nos appellans, fontem libertatis nostræ, vnde manavit libertas illa nostra insinuaverit.

Nec non potestas, atque dominium.

281. Quia verò libertas & est dominium suæ voluntatis, & fundat dominium expeditum in alia, ut D. Thomas rectè differt, meritò calceamentum quod libertatis Symbolum esse diximus, dominij quoque & potestatis est nota. Vulgaris locus est Psal. 59. quo David suam de Idumæis victoriam, & dominium quo eos pressurus erat, verbis illis expressit, *in Idumæam extendam calceamentum meum*. Ipse Danid ut se regno cedere & abdicare dominium in populum Dei (quantum in ipso erat,) significaret, fugiens à facie Absalon, nudis pedibus & excalceatus incescit; ut interpretatur Feuard. in c. 4. Ruth. Ex quo item loco egregium in hanc rem testimonium à prisco Iudeorum usu petere licet. Sic enim ibi describitur cessio juris, in bona & uxorem Mahalon. *Hic erat mos antiquitus in Israël inter propinquos, ut si quando alter alteri suo iure cedebat, ut esset firma concessio; solvebat homo calceamentum suum, & dabat proximo suo. Hoc erat testimonium cessionis in Israël.* Et specialiter de cessione iuris in uxorem fratris absque liberis defuncti, per excalceationem faciendam, præceptum fertur Deuter. 25. ubi additur, nomen domus illius, postea fuisse, *domum discalceari*. Sicut igitur excalceatio cessionem dominij aut potestatis, ita calceatio dominij comparisonem denotat, aut est retentæ potestatis argumentum. Quo spectat, quod de Arabe insigni narrat Iustus Lipsius l. 2. exemplo polit. cap. 16. Rahu (nomen est proprium Arabis aut Turcæ,) cum in Marochiensi agro ab itruentibus ex improviso Lusitanis vxore & bonis spoliatus esset, vxori ante arcem qua se maritus abduerat abductæ, ignamiam ac perfidiam exprobranti, calcem illic suam abiecit; quasi recuperandæ coningalis potestatis tesseram: mixque fidem datam li-

beratorus, copiosis suis raptim collectis, insiluit in Lusitanos tam generosè ac fortiter, ut victores vinceret, & prædam optimam, vxoremque imprimitis, (ut fidem jacto calcei dederat,) reduceret domum. Liqueat ergo, calceamentum dominij parti, aut restitutæ potestatis, esse Symbolum.

Nihil aptius ad signandum effectum carnis Verbo adiunctæ. Idcirco enim calceata eo modo est Divinitas, ut tyrannus qui in hominem sibi nullo iure arrogat potestatem, deijceretur; & divina in hominem, perque eum in orbem dominatio, velut oblecta ab huius mundi principe, eo potenter deiecto, reparetur; omnibus in suam pristinam dispositionem restitutis. Quare per hoc mysterium, iniqua profus alienatio qua homo sese Deo subdundum tetricius hosti mancipat, rescissa est; & dissoluta are alieni quopessimè ac impronidissimè gravati & servituti alicui jacebamus, excussimus jugum potestatis alienæ, & ad lenem ac leuem veti Domini ac Dei nostri jugum reuimus; felices si nunquam illud excutiamus. Per I Deum certe non stabit. Nam adeo potenter ac validè contriuit sceptrum dominatium, & impiorum vii gam, malleumque vniuersæ terre, ut nunquam repatriationem sperare possint. Gratulabatur hoc Isaias c. 2. 6. alloquens suauissimè Dominum, vbi his illis, *Domine Deus noster, possederunt nos Domini abique re: Tantum in te recordemur nominis tui. Morientes nō videntur Gigantes non resurgant*, hoc propter voluntatis nostræ vertiginem, qua possunt restitui in int. grum propterea visum. *si & contriuisi eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.*

Tandem compositio atque mortalitas.

282. Addebam tertio loco, calcem esse compositionis ac mortis & mutabilitatis Symbolum. Sè mē S. Dionysius c. 13. cæl. Hier. causam exponens cum Angelis per sacros scriptores & pictores, excalceati & nudipedes exhibentur, sic philosophatur. [Quo d. nudi & discalceati describuntur sancti Angeli, hoc signat, quod liberi & absoluti, ac expediti, a que ext. erioris omnis adiectionis labe sint puri, & ad diuinæ simplicitatis similitudinem pro viribus tendant. En i. iudicatem pedum in argumentum simplicitatis: Ac p. roinde calceatio, argumentum est compositionis. Hanc & verò sequitur mutabilitas, ut est perspicuum ex Naz. anzeno & Damasceno, alibi adductis: confirmatque Romanorum usus, quos lunulas in calceis gestasse, ut humanæ mutabilitatis admonerentur, observat Platarchus. Et ex eo Paschalius de coronis lib. 9. c. 20. A. t. quia mutabilitas damno summo nostro in profundiendis mortuis operibus proditur, idcirco calceatio, eam quoque mortuorum operū profusionem præfert, conferente ad id non parum calceamenti materia; Quod Origenes hom. vicia in librum Regum, ac D. Augustinus ferm. 42. de Sanctis observant, exponentes interdicitum Christi de calceamentis non ferendis, [Calceamenta (inquit Augustinus) quibus utimur, coria mortuorum sunt, nobis tegmina pedum. Per hoc ergo inebimur renunciare mortuis operibus. Hoc in figura Moyses admonēbatur, quando ei Dominus loquens, ait: *Solve calceamenta de pedibus tuis; locus enim in quo stas, terra sancta est.* Ad eandem mentem m. Nyssen. orat. 11. in Cant. hæc habet. [Non rursus admittit, pedes qui gradiantur in passibus terrenæ cogitationis. *Lauis enim*, (inquit) *pedes meos quomodo inquit habeo eos?* Neque enim Moyses cum iussu diuino liberaisset pedes, à mortuo pelium indumento, quando terram ascendit sanctam, & illuminatam, narratus est rursus pedes induisse calceis. Neque quando vestem sacerdotalem, congruenter figuræ quæ ostensa fuit in monte, affabrè est fabricatus, auri & purpureæ, & byssis, & hyacinthi, & cocci in textura contemperatis splendens, ut resurgeret pulchritudo

inficias non jerim, illud insuper ex consequenti inde profectum, ut vana pleræque inter calceandum observationes Christiano indignæ, auerterentur: qualis eorum quos arguit S. Chrysost. hom. 25. ad pop. qui ex Alexandri imagine calceis appressa, bene sibi omnabantur; aut eorum quos memorat Clem. Alex. 2. pædag. cap. 11. amatorias salutationes impressisse calceis; item eorum qui sinistro pedi calceum dextrum immittere, vel è contrario, ducebant religioni: quo in genere Augustum supra modum fuisse superstitiosum, prodit Sueton. cap. 92. & Plin. lib. 1. cap. 17. Nec non aliorum qui præsentissimum ad omnia venena remedium, censebant spere in calceum dextrum, priusquam eo calcearentur, teste Plinio l. 28. cap. 4. Fuerunt etiam qui redirent ad lectum, si inter se calceandum sternutassent, ut S. Augustinus est Auctor, lib. 2. de doctr. Christ. cap. 20. Alij disrptionem corrigiæ cum calcearentur, pessimi omnis arbitrati, desistebant à cæptis, ut est apud Tullium 2. de divin. Et apud Glossam Isaia 5. ad illa verba, *non rumpetur corrigia calcamenti eius*. His omnibus ineptijs, aut etiam peruersitatibus, salutatis signi impressio mederi potuit. Sed vsurpatio vsus prædicti, etiam ubi aniles illæ nugæ locum non habebant, ritus illius finem quem proposui, haud mediocriter firmant.

Verbum calceantis humanitatis corrigia.

284. Superest attingenda calcamenti nostri corrigia. Hanc grauissimi Patres, discretè produnt esse humanitatis Christi copulationem cum Verbo. Ita Gregorius Magnus hom. 7. in Euang. & Bernardus 5. de consid. c. 9. in fine: qui hanc corrigiam, fortem aded ad stringendum Verbum esse statuit, ut nec morte incidente villatenus intercidi potuerit, etsi carne & anima ab inuicem separatis. Hoc tamen respexisse Baptistam, cum se indignum professus est corrigiam calcamenti Christi soluere, quod Bernardus coniecit, non possum admittere. Quæ enim ea esset demissio, profiteri se indignum qui vnionem hypostaticam abrumperet? Commodius S. Gregorius, allusum putat à Ioanne, ad vsum Hebræorum, soluendi calcamentum eius qui nollet propinqui viduam sibi ex lege debitam ducere vxorem; ut perinde faceret dicere Ioannem, *non sum dignus corrigia calcamenti eius soluere*; ac si dixisset, *non sum dignus, sponsam quæ ei debetur, mihi loco eius arrogare, meq; Messia dicere*: Quam expositionem adhibet quoque S. Ambrosius l. 3. de fide cap. 5. & l. de bened. Patriarch. cap. 4. Quamquam ex cap. 4. Ruth, haberi videtur, eum qui solvebat calcamentum, fuisse illum qui tenebat suppositum cognati vxorem ducere, non autem qui ducturus erat, ut Ambrosius & Gregorius videntur supponere; ex eo fortassis ad ita sentiendum adducti, quod mulier sic abiecta, cognati eam ducere recusantis calcamentum solvebat, ex Dent. c. 25. Commodissimè denique in rem nostram idem Gregorius eodem loco, spectari putat à Baptista ligaturam mysterij, id est implexitatem vnionis hypostaticæ; quam enodare & expedire, supra vires suas esse agnoscebat Ioannes. Quid verò mirum terrestrem illum & corporatum Angelum, ad huius vnionis arcanum penitissimè perspicendum nequaquam peruasisse, cum etiam Angeli in cælo, (per suas quidem naturales vires, tamen perspicacissimas,) planè circa hoc cæcutiant?

Vsum doctrinæ de Verbo calceato suggerit Petrus Damiani serm. 60. monstrans sicut Verbum calceatum transiit septem riuos flumij Aegypti iuxta Isaia vaticinium c. 21. Ita nobis assumenda esse calcamenta densa & subtiliter cõsuta aquas excludentia, cuiusmodi præsertim est calcens quem sibi Verbum aptauit.

Nos quoque aptemus eum nobis, ut calceati pedes in præparationem Euangelij pacis, securi procedamus.

CAPVT V.

Verbum Inumbratum ac Tenebratum.

285. Videbor egisse incommode, qui in Lege noua, & plenitudinis per Christum inuenerè tēpore, vmbra cogitem atque personam. *Vmbra habuit lex futurorū bonorū*, teste Apostolo Hebr. 10. & exemplaria vmbra; celestium, ut c. 8. præmiserat Nimirum ut est apud S. Macarium hom. 3. 2. [Quomodo corporis vmbra ortum habet ab ipso corpore, carnis tamen officium implere nequit; nam alligat vulnera, escam præbere, vel loqui, non potest vmbra, etsi manat à corpore, præcedentique declarat corporis præsentiam: eodem modo Lex vetus, est vmbra noni Testamenti. Prænuñciat autem vmbra veritatem, non tamen suppediat spiritum. Non poterat enim Moses carnem indutus penetrare cor, & auferre sordida vestimenta tenebrarum: sed spiritus dūtaxat à spiritu, & ignis ab igne, tollit vim perueritæ calgnis. Itaque circumcisio quæ vigeat in vmbra legis, innuit appropinquantem veram cordis circumcisionem; & baptisma legis, est vmbra verum verarum.] Huc respexisse Apostolum, cum dixit, in Christo corporaliter inhabitasse Deitatis plenitudinē, affirmat S. Augustinus 1. 2. de Gen. ad lit. c. 7. his verbis. [Satis est scire, corporaliter aliquid vel propriè dici cū de corporibus agitur, vel etiam transito vocabulo, sicut dictū est, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Neq; enim diuinitas corpus est, sed quia Sacramenta veteris Testamenti appellat vmbra futuri, propter vmbraarum comparisonem, corporaliter dixit habitare in Christo plenitudinem Diuinitatis, quod in illo impleantur omnia, quæ in illis vmbis figurata sunt; ac sic quodam modo vmbraarum illarum ipse sit corpus, hoc est, figuratum, & significationum illarum ipse sit veritas.] Sed & Hieron. q. 10. ad Algal. Christum dici corpus, ad distinctionem ab vmbis Iudaicis, affirmat. Videbor igitur, perperam vmbra in legem gratiæ, & ipsum Christum inducere.

Etiam in Lege noua, vmbra complures.

286. Nihilominus esse etiam in lege gratiæ vmbra, argumento est, quod tantum in cælo alpitare dies dicitur, & inelinati vmbra; id est amoueri iuxta Gillebertum serm. 27. in Cant. Vnde h. c. tamen vmbra; minores sunt quam olim per hyemem veteris legis, tamen non prius nullæ sunt: de quo latè & optimè S. Ambrosius 4. Hexaem. c. 5. itemq; serm. 3. in Pl. 1. 8. ad illud *retribue seruo tuo*, sic enim ait. [Hic in vmbra viuimus. Ergo ista vita in corpore, vmbra est vitæ atque imago, non veritas. Denique in imagine ambulat homo, & in regione vmbra; mortis consistimus. Sed si quis non ad terrena oculos mentis intendat, sed ad spiritalia erigat, ut possit dicere, *spiritus, ante faciem nostrā* (bristus Domini; dignus erit qui dicat: *in vmbra eius viuimus*. Christus enim vita est; & ided qui in vmbra Christi vivit, in vmbra vitæ est. Meritoque alibi dicit Sanctus Dominus, *in vmbra alarum tuarū protege me*. Omnes ergo, etiam sancti, in vmbra sunt, quamdiu sunt in corpore: non perfectè vident, sed ex parte cognoscunt. Ipse Paulus ait; *ex parte enim cognoscimus*. Ipse vas electionis, cui Christus oculos reddidit, & sua illuminauit gratia, non facie ad faciem, sed per speculum videbat. Et David reuelari oculos suos petit, ut remoneretur vmbra, quæ integrum oculorum impediēbat obtutum. Regionem autem hanc, mortuorum esse quis dubitet, cum Sanctus ipse dicat: *Placebo Domino in regione viuorum*. Quia perfectè hic placere non potest, ubi etiam si fieri possit ut sua peccata non habeat, in ipsa tamen mortuorum regione